Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

portam. agendo uidelicet & implendo p opuscula quę scribuntur in lege. S;
& psalmus inquit & in digna simul. & erant dimidii iuxta montem gari
him. & dimidii iuxta montem gebal. Quom etiam ista explicabimus. Verum
ad uitorio di opus est ut possimus uerbis nris uerba diuina explanare.
Qui sunt dimidii qui incedebant iuxta montem garihim. & qui sunt
dimidii. qui & ipsi licet saluentur. ñ tamen potuerunt iuxta montem
garihim incedere. S; incedunt iuxta montem gebal. Mons garihi bene
dictiones habet. mons autem gebal maledictiones quę peccatoribus imi
nent. Statuerunt & enim sic scriptum est in deuteronomio sex tribus ad
benedicendum in monte garihim. & ipsas tribus quę nobiliores sunt & exi
mię id est symeon. Leui. Iuda. ysachar. Ioseph. & Beniamyn. alias uero. vi.
ignobiliores ad maledicendum. in quibus & Ruben. qui ascendit cubile
patris. & thorum maculauit paternum. & habulon. qui est ultimus filius
lyę. Hęc quidem ueterum hystorię referunt gesta. S; quomodo nos hanc hysto
rię narrationem ad mysticam intelligentiam referimus. ut ostendamus quia
isti qui incedunt iuxta montem garihim. & qui sed incedunt iuxta montem
gebal. Ego sic uideo duas esse species eorum qui p fidem festinant & ppe
rant ad salutem. una eorum qui ad pmissionem celestium cupiditate succensi
summo studio diligentiaq; nitunt ne saltem minima eos beatitudo p
teriat. habentes desiderium ñ solum benedictionis capiendę et effici
in parte sortis sceoy. S; etiam adsistere in conspectu di & semp esse cum domino.
Alium uero sed qui & ipsi tendunt ad salutem. S; ñ tam amore benedictionum
et pmissionum. quam hoc magis in pspectu habentes & dicentes. sufficit mihi ñ ire in
gehennam. sufficit mihi ñ mitti in ignem eternum. sufficit mihi ñ expelli
in tenebras exteriores. cum quorum in singulis quibusq; fidelium talis sit ppo
sita uarietas. hoc in designari uidetur in hoc loco qd dimidii illi qui
iuxta montem garihim incedunt illum qui ad benedictiones electus est
istos figuraliter indicent. qui ñ metu pene. S; benedictionum & rep
missionum desiderio uenunt ad salutem. Illi uero dimidii qui iuxta